1164 Moravum Bogutam nomine, qui pauper de familia
Conradi, ducis Moravię, Greciam intraverat[1] et per pro-
bitatem suam ad tantum honorem devenerat, quod
apud imperatorem Grecum inter primos habebatur,
castro quodam ditissimo donatus erat, ad regem
Boemie mittit et eum monet, ut amicicię antiquę,
quam tempore Ierosolimitanę expeditionis a
rege Conrado facte intra se contraxerant, sit me-
mor,[2] et quod nunc maxime nunc eam intra se
teneat, rogat et cetera tamquam secreta tractat
negotia maxime exercitus Boemie considerans. Qui
imperatoris peracta legatione ad ~~imperatorem~~ ipsum revertitur.
Refert ipsum regem Boemie in persona sua in
auxilium regi Ungarie venisse et huius moris
esse ~~et in~~, etiam in terra sua nullo modo de pre-
lio cedere, in terra vero aliena nullomodo de vita
curare nisi de victoria.[3] Interea Wl(adizlaus), rex
Boemie, ante omnes exercitus Ungarie suos movet
exercitus et sua tentoria non longe ponit a Gre-
corum exercitibus tamquam summo diluculo
cum eis pugnaturus. Imperator Grecus relatione

Margin notes: á; ~~intra P~~; wohl zu tilgen; ( ); folgt rex wiederholt P

1) Daß er 1147 mit dem böhm. Kreuzheer nach Griechenland gekommen sei, behauptet Dudik (Mährens allg. Geschichte III, 249) ohne Beleg.

2) Joh. Cinnamus V, 8 weist hier sicher fälschlich auf ein damals von Wladislaus eingegangenes Vasallenverhältnis zu Byzanz hin.

3) Vgl. zu dieser Gesandtschaft Dölger, Regesten d. oström. Reichs Nr. 1453 u. 1454.